



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Lib. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)



CIVIS COELI

LIBER SECUNDUS

PARADISUS

Summa communicatio DEI

Gradus I.

*Summa communicatio Dei in lumine
Gloria.*



Numquodque objectum in proprio lumine: cunctae res continentur lumine materiali Solis: substantialis in lumine spirituali: & hoc objectum infinitum & increatum proprio lumine, pariter in hoc mundo creato, quod est lumen Gloriz: & in hoc lumine ac videtur à Beatis. Deus igitur communicat Sanctis suis in caelo beatificam sui Visionem, propriis iis lumen suum communicat: quo suffragantur & lectus Beati elevarur, extenditurque ad videndum contemplandum objectum infinitum, supra naturam proprii luminis naturalis: quemadmodum in creatura

corporeque lumine Solis adaptatur pupilla oculi
corporei ad perstringendam totam vastitatem &
profunditatem maris, oculi parvitatem sine comparatio-
ne operantis.

II.

*Summa communicatio Dei, totalis, & sine
diminutione.*

Quemadmodum desiderium animæ nostræ est tale,
quod quicquid minus est Deo, desiderium animæ explere S. August.
ita Deus, cum ex infinita bonitate sua vult
complecti animam beatam, & explere in bonis desiderium
perfectionum suarum infinitate in cœlesti Patria,
cum se Beato communicat absque ulla diminutione,
quod nihil sui celat animam Beati; sed in omnibus se ei
manifestat ac manifestet secundum naturam, attri-
bita, & Personas.

III.

*Summa communicatio Dei, in Essentia
Divina.*

Tota Essentia Dei communicatur Beato. Quare,
Natura Dei est sufficientia per essentiam, & omnis
Essentia (Unde Deus dicitur, qui sufficit, & est
sufficientissimus in seipso, omnes quippe in se com-
prehendit perfectiones, nec ullam aliundè expectat
perfectionem ab extrinseco) ita anima Divinam parti-
cipat & possidens Essentiam: omnis boni gaudet
perque abundantia, omni in Deo sufficientia, nec
aliquid ei deest: & si Deus est, qui sufficit per
Essentiam, Beatus est, qui sufficit per par-
ticipationem & communica-
tionem.

IV. Sum-

iv.

*Summa communicatio Dei, in Divinis
Attributis.*

Duobus modis Deus communicat Beato personis
suis: & in esse increato, & in esse creato. In
anima ejus aeternitate, infinitate participat
at multo magis aeternitate & infinitate Dei
para & increata. Ratio est, quia non solum
est propter beatitudinem formalem creatam,
cipue propter beatitudinem objectivam increatam,
beata in propria beatitudine, & multo magis
titudine Dei: Quapropter duplici ratione
est, & in se, & in Deo: unde beatus deus non
duntaxat Deo; sed certo quodam modo
Deo & Beato.

v.

*Summa communicatio Dei, in Divinis
Personis.*

S. Bon. Sol.
initio.

Quia Filius communicat intellectum
plenitudine lucis: Spiritus sanctus voluntatem
titudine pacis: & Pater aeternitatem
tione aeternitatis. Et haec est summa communicatio
una perfecta participatio lucis, pacisque
tione aeternitatis. Et quemadmodum Pater
nitas per essentiam, & per appropriationem,
per essentiam, & per appropriationem,
sanctus pax per essentiam, & per appropriationem,
ita anima erit in possessione aeternitatis, in
lucis, & in abundantia pacis per participatio
& communicationem Personarum
Divinarum.

VI.

*Summa communicatio Dei, in perfectione
Imaginis.*

In hac perfectione, plenissimâque communicatione,
Deo beatæ exhibetur animæ: ultima addibetur
Imaginis Dei in creatione inchoatæ. Quia per
hoc imaginis consistit in perfectâ similitudine cum
prototypo, & mediante tali communicatione ani-
mæ ipsius efficitur similis Deo: tunc enim imago
sua, quæ orum principiumque obinuit in naturâ,
in gratiâ, ultimam suam recipiet perfectio-
nem & complementum nobiliorum colorum ultimæq;
transformationis in Gloriâ.

VII.

*Summa communicatio Dei, Sponsalium
Divinum.*

Ecce Divina Sponsalia inter Christum & animam *Albert.*
contrahuntur in Ecclesia militante mediâ Gratia com- *Carthuf.*
municatione; ac perfectum Matrimonium celebratur *Apo. 1.*
Ecclesia triumphante in thalamo cœli mediante per-
fectâ & consummatâ communicatione Gloriæ: unde
perfecta communicatio idem est quod perfectum Spon-
saliū & Matrimonium inter Deum & animam. *Beati Apoc. 14.*
qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt per
nomen! Non est ultra, quod capiant, nec quidquam *S. Aug.*
superest desiderandam.

VIII.

Summa communicatio Dei, in dote animæ.

Dos propria animæ beatæ, quæ datur ei in cœlis, *S. Tho. 3. p.*
quæ Christi Sponsæ, est summa communicatio
gratiæ & charitatis, quæ sunt principium
trium

trium beatificorum actuum: Visionis, Delectationis & Fruitionis, ita anima desponsatur Christo: neque ei præfata dos ad sustentanda onera Matrimonii, nisi in Matrimonio corporali; sed ad solatium Matrimonii ad purum animæ voluptatem & delectationem, hæc est dos, quæ datur in cælo. Altera dos, quæ datur animæ justæ in terra, est communicatio Fidei & hocque matrimonium celebratur in lecto Crucis, ubi anima amplectatur Christum, ut Sponsam sanguinis.

Exod. 4.

IX.

Summa communicatio Dei, propter summam bonitatem eiusdem Dei.

Quia quò major est bonitas, eò magis communicativa est: ergo summa bonitas Dei debet esse summa communicativa: & hæc summa communicatio summæ bonitati proportionata manifestatur in cælo in beatitudine gloria, ubi ostendit Deus divitias gloriae suae in qua immensitas cordis, quæ præparavit in gloriam. Quanta immensitas hæc gloria? sufficiat nobis, ejus mensuram esse potentiam & bonitatem Dei: tanta est, quantum potest virtus & bonitas Dei: tanta est, quantum potest virtus & bonitas Dei.

Rom. c. 9.

X.

Summa communicatio Dei, Fons vitae.

Summa est illa communicatio, quæ est Divinae gratiæ, non è rivulis, sed ex fonte, non è ex fonte occluso, sed ex fonte aperto Gloriæ. Hæc est fons vitæ: Deus est fons vitæ. Stillicidia operum, leguntur in aliis quædam littera: etenim Justus communicatur ex rivulis & stillicidiis: Beatus vero ex fonte. Summa communicatio, infinita communicatio, quæ est in illa cunctas Deus gratiæ lux communicatio, aquas absque ullius guttulæ defectu.

Psal. 35.

Chald.

XI.

XI.

Summa communicatio Dei, in summis donis.

Quia, secundum S. Augustinum, Deus donat com- *S. Aug.*
 munitate Beatorum id, quod potest dare, &
 superiora, & equalia & inferiora. Superiora ad fruend-
 um: & sunt tres Personæ Sanctissimæ Trinitatis,
 Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Equalia ad convi-
 vandum, & conversandum, & sunt Sancti & Angeli
 Beatorum. Inferiora ad utendum, & sunt omnes creaturæ
 Beatorum creaturæ. Hæc est igitur visio Beati
 Patris: *frui, convivere, & uti*, & hæc imitari debe-
 re in terra, fruendo Deo, conversando cum Sanctis,
 utendo creaturis, *ut arbori Sponsi, ut muneribus Amici*, *S. Aug. lib.*
de diligenti.
Dio.

XII.

Summa communicatio Dei, in summo amore.

Sicut ignis materialis accendit in terrâ, at in propria
 terra, veluti in proprio & naturali loco suam ostentat
 virtutem; ita amor Divinus erga homines exhibetur
 & demonstratur in Ecclesia militante; at in triumphante
 civitate virtutemque suam ostentat: *Vivit Deus,*
ignis est in Sion, & caminus in Jerusalem: eodem
 modo in cælo duntaxat verus propriusque conspicitur
 verus amoris, qui est summa communicatio & unio
 in re amata, dum animæ beatæ, quantum potest,
 communicat. O vim & efficaciam Divini amoris,
 quæ potens est in corde Dei! Si amor iis polleat viribus,
 ut eam ipsum ad nos descendere faciat, eâ quoque
 virtute & efficacia, ut nos ad Deum ascendere
 faciat, neque non nisi puri sanctique amoris alis.

XIII.

XIII.

*Summa communicatio Dei, omnem
guens sitim.*

Tanta est cordis humani sitis, ut cuncta
bonorum aquæ eam haud valeant extinguere.
bonum creatum in unam quintam essentiam
nostro cordi quid erit? *Gutta rosi*, quæ non
sed magis accendit sitim. Solus Deus in
fluminis, mari que dulcedinis animæ se com
extinguit omnem sitim, cunctumque explet
ac tali modo quietam reddit animam, ut alio
deret, nec appetat; sed solum gaudeat in
summo gaudio, sine totius desiderij.

*S. Aug. lib. Fons vitæ es, satia me. Quando ven
Solil. c. 35. videbo diem illam, diem iucunditatis
apparebo ante faciem tuam?*

*Summa communicatio Dei, perfectio
Regnum Dei.*

S. Thoma opus. Quia, juxta Angelicum, Regnum idem est
regimen: & tunc perfectum dicitur Regnum
quandò nihil in eo invenitur contra voluntatem
tū. Et hæc perfectio reperitur in Regno
in cælo, quia cum Deus plenè perfectè que
cat cælestibus iis Spiritibus, possidet contine
in suo dominio, ita ut beata illæ animæ
ejus voluntati refragari nequeant. Et hoc Reg
cipit in hac vita per communicationem Grati
Rom. c. 6. non regnat peccatum in nostro mortali corpore
ficatur in futura vita per communicationem
quando non solum nec peccatum; sed nec sine
regnabit in corpore nostro.

XV.

*Summa communicatio Dei, propter summam
pretium Sanguinis.*

Mensura communicationis Dei desumenda est à
mensura meritorum Christi. Tantam nobis Deus
communicat gratiarum copiam, quantam Christus
meritis suis profusione nobis promeruit. Ergo si
meritum Sanguinis Christi immensum est & infini-
tum, communicatio Dei in Beatis immensa pariter ac
incommensurata erit; & si merita Christi sunt mensura Gloriæ
in Beatis, erunt quoque spei nostræ mensura. Quam ob
causam magnanimi simus, oportet, ne speremus parva
in magna juxta angustam exiguamque capacitatem ho-
minum, sed magna & infinita juxta infinitatem meritorum
Christi.

XVI.

*Summa communicatio Dei, universalis;
& per omnem partem in
Beato.*

Eri ubique gaudium, gaudium supra, gaudium intra, *Vincen?*
gaudium infra, gaudium circa, gaudium extra. Gau- *Bell spec.*
dium reperiet supra se, quia gaudebit de Visione Dei: *mor. lib. 2.*
intra se, de propria glorificatione: infra se, de Inferni
condemnatione: circa se, de Sanctorum associatione: extra se,
de Alia renovatione. Et talis erit exultatio, jubili-
um & consolatio, ut tota anima videatur conversa in gau-
dium & ut melius dicam, ipsum gaudium in abstracto,
sicut dicitur Isaia: *Creo Jerusalem exultationem, & Isa. 64.*
et gaudium eius: q. d. construam & edificabo
caelestem Jerusalem, cujus populus non lætus
duoraxat, sed ipsamet est lætitia &
jubili-
um.

XVII.

Summa communicatio Dei, qui totus in omnibus.

1. Cor. 15. Deus erit omnia in omnibus. Omnia namque
S. Anselm. erit ipsi Beato, & loco omnium. Deus erit totus
S. Aug. de Beati, tota gloria, vita, pax, & omne bonum: & in
verb. Dom. erit in Beato, quod, sicut est aliquid Dei, non
serm. 4. non sit à Deo, & ad Deum ordinatum. Unde et
Isaiac. verificatur illud dictum Isaiæ: *Tantum in se est
 & non aliud.* Quia, ut ait D. Augustinus: *quæ
 hic varia quaris, unus tibi omnia Deus,* in futurum

XVIII.

Summa communicatio Dei, propter summam capacitatem animæ in recipiendâ ipsum Deum.

Anima namque creata est ad imaginem Dei, & summam
 summæ cuiusdam similitudinis sui prototypi capax.
 Ergo anima, quæ est imago Dei, summam habet
 capacitatem ad recipiendum ipsum Deum. Et hæc capacitas
 animæ incipit in Natura secundum potentias: & in
 in Gratiâ, secundum virtutes: & secundum ultimum
 suum complementum perficitur in Gloria, iuxta
 num Oraculum: *Similes ei erimus, quia videbimus
 sicuti est,* quando, nimirum intranslati fuerimus ad
 nam gloriam.

XIX.

Summa communicatio Dei, quia immediatè in anima.

Non videtur Deus à Beatis per speciem aliquam
 tam; sed immediatè per seipsum: idèd quæ est
 immo

communicatio non limitata per medium. Unde anima
 pura; conformiter contemplatur D. Augustinus;
 dilata Deum, quemadmodum spongia est intra mare, *S. Aug.*
 et per omnem partem undequaque & intimè, & to-
 taliter imbibit aquam, tametsi extra eam quasi immen-
 sa adhuc super sit aquæ copia; ita anima Beati propter
 summam communicationem Divinitatis intra se, tota
 per omnem partem perfectissima quadam & intensis-
 sima unione Deo replebitur: quamvis Essentiam Dei
 intra & ultra se adhuc in infinitum diffusam undequaq;
 respiciat.


XX.

*Summa communicatio Dei, in Divinitate, &
 Humanitate Christi.*

Duz distinguuntur Beatitudines in Paradiso: una est
 primaria, Divinitatis videlicet: secundaria altera Hu-
 manitatis Christi, & utraque est cum summa unione,
 & cum summa communicatione. Et hæc beatitudo
 Humanitatis (de altera namque jam diximus supra)
 contra Abbatem Cellensem consistit *Pectore, Sinu, &
 Vultu IESV.* Unde *Pectus IESV* vocat *Refectorium*
Oratorium: Sinum Dormitorium: Vultum Oratorium.
 Et hæc sunt illius verba: *In Paradiso ducitur anima*
in Refectorium, ut restauretur & cibetur: Pectus IESV
est Refectorium. Ducitur in Dormitorium, ut quiescat
in Sinu IESV ibi est Dormitorium. Ducitur in
Oratorium, ut contempletur vultum eius pulchrum
& gloriosum: Vultus IESV ibi est
Oratorium.



E 3 PARA-



PARADISUS

Universitas Scientiarum.

XXI.

*Universitas scientiarum, in visione
clara Dei.*

§. Au. p. 39. **Q**uidquid amaveris, ibi erit. Si ames scientiam, ibi erit.
1. Reg. c. 21. **Q**erit veluti liber tuus, e quo cunctas unico munus
3. Ioan. c. 6. to scientias hauries & ad discas. Deus scientiarum
Isa. c. 54. nus: & Erunt omnes docibiles Dei, id est, discibuli
S. Th. 1. p. 9. **Q**uia quilibet Beatus in visione beata Dei per
12. art. 8. scientiarum omnium assequitur notitiam. Beatus
quia desiderium naturale sciendi, spectans ad perfectio-
nem intellectus, plenè quietari debet & expleri in
turali vitâ.

XXII.

*Universitas scientiarum, in cognitione
Universi.*

§. Th. 1. c. 1. **Q**uia quilibet Beatus mediante quocunque patet
etiam minimo gloriæ intuitivè videas Creatorem, et
quoque & comprehendit totum Universum creaturæ
quod ad genera, & quod ad species, & quod ad proprietates
& virtutes. Etenim hæc naturalium cognitio est in
fectione intellectus, qui in gloria debet esse completus
fectus & completus. Considera igitur quæ quæ sunt
Beato consolatio erit, videre omnes species rerum natu-
ralium, Hominum, Brutorum, Piscium, Volatilibus, In-
rum, lapidum, Gemmarum, Metallorum, cunctarumque
virtutum ac proprietatum eorundem, cum omni perfec-
tione & distinctione.

XXIII.

Universitas Scientiarum de omnibus Individuis ad proprium statum spectantibus.

Veluti unus Patriarcha & Primas Religionis seu Ordinis alicujus cunctos videt sui Ordinis Religiosos, & quid, quod in eâ peragitur: pari ratione Rex omnia, & cuncta, in Regno suo pertractantur. conspicit: videntur ei per Beati cunctos amicos, parentes, qui sibi obtigere solent. Quia ad hanc quoque notitiam extenditur naturale nostrum desiderium, quod in beato illo statu, & in visione clara Dei adimpleri debet, secus visio illa non esset perfectè beatificativa. cum Beatitudo sit *status omnium aggregations perfectus*.

XXIV.

Universitas Scientiarum, Physicarum, Metaphysicarum, & Mathematicarum.

Beatus assequetur quoque scientiam universalem: Physicam, in perfecta cognitione corporis naturalis: Metaphysicam, in contemplatione rerum abstractarum: & Mathematicam, in consideratione quantitatis; sive sit numerabilis secundum infinitas numerorum species, uti est Arithmetica; sive sit numerabilis, secundum infinitas species figurarum, veluti est Geometria. Præterea Beatus per visionem in Verbo erit perfectissimus Cosmographus, cognoscendo omnes regiones & partes Terræ; Astrologus habens notitiam cœlorum Stellarum, eorumque influxuum: erit quoque perfectus Philosophus moralis cognoscens quodcumque perfectum regimen, & particulare, & universale.

*Universitas scientiarum, in scientiis
etiam supernaturali Theo-
logia.*

Gerf. Scotus in prol. q. 3. Quæ, juxta Gersonem, excedit omnes altitudines, iisque prætat, quantum gratia præstat naturæ & aternitas temporis. Hæc etiam est in Beato, cognitionem in Verbo. Unde Beatus cognoscit Deum ejusque infinitas perfectiones duobus modis: intuitivè, mediante lumine beatifico; altero, discursivè ex principiis evidentibus, suffragante lumine & habitu Theologico. Idque summæ gloriæ & confelicitationis erit Beato, discurrere de attributis Divinis, & cognoscere unum per aliud; exempli causâ: Deus est immutabilis; ergo est æternus: summè simplicis; ergo summè intellectivus.

*Universitas scientiarum, propter scientias
etiam acquisitas in hac
vita.*

S. Tho. 1. 2. q. 67. a. 2. Quia, secundum Angelicum, species remanent mobiliter in animâ. Et hoc, quamvis ab omnibus mittatur in scientiis naturalibus; nihilominus extendi potest ad scientiam supernaturalem Theologiæ, supponendo, quod Theologia simul stare potest cum evidentia, licet in nobis ratione status viatorum postulet obscuritatem fidei. Ergo Theologus in hoc mundo eodem adjutus lumine & habitu Theologico in terris acquisito potest discurrere & probare conclusiones in Verbo ex principiis evidentibus modo supra assignato.

XXVII.

*Universitas Scientiarum, in cognitione
Angelorum, & Sanctorum
in Verbo.*

Hæc namque cognitio ad proprium pertinet statum: *S. Ambros.*
si major est consanguinitas gratia, quam carnis; ma- *S. Tho. Re-*
nitiam erit consanguinitas gloria in cœlis, quam san- *eup. II. 6. d.*
ctus. Ergo si videre proprios parentes in Verbo ad *verb. q. 39.*
 proprium spectat statum; multò magis videre Beatos;
 tantum inter hos major intercedit unio fundata in majori
 caritate, quam inter illos: & hæc cognitio ipsi Beato
 summo gaudio est, videre simul & eadem visione in
 Verbo non proprios parentes duntaxat, & amicos; sed
 omnes Angelos & Sanctos Paradisi, Humanitatem
 Christi, ejusque sanctissimam Matrem.

XXVIII.

*Universitas Scientiarum, in propria
cognitione.*

Quemadmodum enim, qui inspicit aliquod specu- *S. Aug.*
 lum, primò, videt speculum, secundò seipsum, tertio
 ceteras res præsentis speculo: ita Beatus videndo
 Deum, videbit seipsum, alios Beatos, & ceteras crea-
 turas in Deo: quia nihil ita ad nos spectat, aut nobis
 mirificum est, quam nos ipsi nobis. In hac vita specula
 non habent virtutem mutandi objecta; sed ea, ut sunt,
 representant: qui sunt pulchri, representant pulchros;
 conformes, qui sunt tales: at speculum Divinitatis
 quemcumque se inuentem non representat duntaxat;
 sed format pulcherrimum, & speciosissimum: unde
 laudet Beatus, Deoque gratias refert, quod depen-
 det a Deo, & in Deo sese adeo pulchrum conspiciat
 & contempletur.

*Universitas scientiarum, in cognitionem
etiam damnatorum.*

§ Tho. 3. p. Quia hæc cognitio, secundum Angelicum, magis
add. q. 91. pertinet ad consummatam Sanctorum perfectam, cum
unum contrarium magis & melius cognoscitur
S. Aug. 10. per aliud. Verum damnati, ut affirmat S. Augustinus
5. de civ. li. nulla gaudebunt cognitione gloriae Beatorum: quia
20. c. 22. tam magnum & immensum est bonum Gloriae, quam
illius cognitio eos redderet beatos. Præterea
juxta S. Thomam, nullam habebunt compassionem
damnatis infernalibus penis & tormentis aduersis
& subjectis, ratione perfectæ, qua prædicti sunt
conformitatis cum Divina voluntate: de modo de
debeant exultabunt lætitia non quidem per se, sed
accidens spectata: nimirum, propter adimplentiam
sinitæ, & quia Divina optulante gratia tantum
cium se evalisse conspiciunt.

*Universitas scientiarum, in modo cognoscendi
perfectissimo.*

§ Tho. 1. p. Hanc cognitionem non habet Beatus in Verbo
9. 12. q. 10. cessivè, sed simul: quia non per multas species, sed
cõtra gent. unam, quæ est Essentia Divina. Idque necessarium
lib. 3. c. 6. propter perfectionem Beati: etenim intellectus
quam se satiarum existimat, nisi simul & eodem
pote omnia, quæ unquam cognoscere potest, cognoscit.
Sicuti materia prima una non exsatiaretur formis
omnibus, si omnes simul recipere posset. Gaudet
Beatus non solum propter multitudinem objectorum
sed propter modum etiam cognoscendi perfectissimum
simultaneum, & sine successione.

XXXI.

*Universitas scientiarum, perpetuarum
in aeternitate.*

Beatus non seipsum duntaxat cognoscit in Deo, sed
etiam suam cognitionem, illiusque naturam & quali-
tatem, quod sit perpetua in aeternitate. Quia, secun- *s. Th. lib. 3.*
dam Angelicum, anima nostra, in perpetua sua natura, *cont. gent.*
naturaliter non foelix tantum, sed perpetuo foelix esse *c. 62.*
desideras: ergo cognoscere debet, quod tantum
bonum, puta, visionem Dei, per totam aeternitatem
iniquam sit amissurus, nec unquam amittere poterit:
Beatus visio illa non esset vera foelicitas, sed consisteret
cum tristitia ratione finis tandem aliquando ei impo-
nendi. Et hoc est complementum omnis foelicitatis
in Beato, cognoscere quid sit Beatus, & quid erit
Beatus, quodque non possit non esse Beatus per totam
aeternitatem.

XXXII.

*Universitas scientiarum sine taedio &
fastidio.*

Quia scientia Animae beatæ non dependet à po- *s. Th. lect.*
tentiis materialibus, & organicis, quæ cum exercitio
defatigantur, veluti dependet ab iisdem in præsentia vita.
Præterea ubi est admiratio, ibi non potest esse fasti-
dium; sed est desiderium & delectatio: & Deus,
cum videtur in sua infinitate incomprehensibili, sem-
per videtur cum admiratione: ergo sine taedio &
fastidio, sed cum desiderio & voluptate. Quapropter
Beati semper vident Deum, & semper ipsum videre
desiderant: nunquam cum fastidio, sed
semper cum gaudio.

XXXIII.

*Universitas scientiarum, immutabilis
invariabilis.*

S. Th. l. cit. Rationem ejus reddit S. Thomas. Quia quæ-
res aliqua approximat Deo, qui est ipsa et immu-
tabilitas, eò magis in seipsa immutabilis est, & in-
variabilis. Ergò si animæ sanctæ in cælo propter finem
beatam in Verbo summam habet cum Deo verita-
tem, summam quoque habebunt immutabilitatem.
Præterea immutabile est lumen Gloriæ, quod est
Visionis: ergò eodem modo visio immutabilis & in-
variabilis sit, oportet. Ex quo evidenter liquet, ho-
minem in fœlicissimo illo statu Gloriæ nec ullam
variationem in cognitione sua; sed semper eodem
modo videre & contemplari causam, & in se
fectus.

*Universitas scientiarum, cum donis lin-
guarum.*

Quia Beati scientiarum omnium, quibus præ-
sunt, usum habere possunt in omni lingua & idiomate
latino, græco, hebraico, chaldaico, &c. & in
cujusvis linguæ eloquentia & facundia omnia & in-
proferantur: etenim totum id continetur in natura
astro sciendi desiderio, quod in cælo explendum
est. Quod si quis hic in terris haud exiguam
notitia alicujus linguæ etiam imperfecta participat
lupratem & gaudium, quali non perfundentur
Beati in cælo, ubi omnium imbuti sunt linguarum
notitia, modo perfectissimo & longè meliori,
quàm si quis loqueretur lingua
vernacula.

XXXV.

*Universitas scientiarum, in scientia
infusa.*

Beatus, præterquam scientia beata dotatus est; videbit quoque in paradiso scientiam infusam supernaturalium mysteriorum nostræ fidei per proprias species eadem objecta cognoscantur à Beatis pluribus modis & per varias vias: *ut pluribus etiam modis laudat S. Thomæ.* Unde idem mysterium videbitur & cognoscetur à Beato per speciem increatam Divinæ Essentia, & per propriam speciem infusam talis mysterij representativam. Et quemadmodum hæc objecta cognoscuntur per duas fortiter essendi modos: & in se, & in Deo, ita eadem Deus in se contineat tanquam creaturas suas; & per easdem ambas vias cognoscuntur à Beatis: nimirum in seipsis uti sunt, & in Deo, qui eis hoc ipsum, quod sunt, communicavit.

XXXVI.

*Universitas scientiarum, in propria præ-
destinatione.*

Conspicit quoque Beatus in Deo, veluti rem ad propriam statum pertinentem, totum ordinem salutis suæ, quibus mediis, quibusque viis Deus eum conduxerit ad statum æternæ Gloriæ, suæque prædestinationis executionis decretum. Divina conspiciatur auxilia, quæ Deus ei communicavit, pericula, à quibus eum eripuit. Beato tempore eundem ad penitentiam præstolatus videt: videt insuper, quoties ei demanati fuerint Angeli in succursum & auxilium, quoties rejecti & repulsi dæmones: denique videt, intueturque virtutem & potentiam Divinæ Gratiæ in sublevanda exaltaque tam fragili natura ad tantam Gloriæ celsitudinem.

XXXVII.

*Universitas scientiarum, in consideratione
Divinorum Iudiciorum.*

Anima summoperè scire desiderat causas omnium
iudiciorum Dei: cur, videlicet, populus Hebraeus
populus electus, fuerit a Deo reprobatus; & populus
Gentilis, populus idololatriæ deditus, fuerit electus.
Cur ad pœnitentiam vocaverit S. Petrum, & qui
impœnitentia deseruerit Judam. Cur rater
mines prædestinationis capaces hos solos & in
libro prædestinationis inscripserit. Cur huic in
mortis articulo expectet ad pœnitentiam, alium
præventum impœnitentem abire permittat: quod
dam Deus elargiatur gratiam suam efficacem, & non
cientem duntaxat. Præterea, cur aliqui divites, & non
pauperes: alij sani, infirmi alij. E horum similitudine
effectuum causas Beatus in Deo contempletur & cognoscatur
immoq; perfruitur gaudio cognoscendi tam
Divinæ Providentiæ mysteria.

*Universitas scientiarum, sine fraude &
deceptione.*

Etenim foelicissimus ille status omne malum
voluntatis duntaxat; sed etiam intellectus corripit
& falsum est malum intellectus, juxta Philosophum
Eth. 1. 6. sicut verum est bonum: siquidem intellectus malum
lum, quam sit falsitas, & majus bonum, quam sit veritas,
obtinere nequit: & quotiescunque Beati certitudinem
dentemque non assequuntur cognitionem futurorum
contingentium & secretorum cordis, de his non
judicant, sed suspendunt actum judicii. Præterea
quand u in corlis perfectè uniti sunt cum prima Veritate,
tate, posita tali unione nec ullam admittunt

liberarem. Et si huiusmodi perfectio data & concessa
 in statu innocentiae (Unde Eva non fuit à serpente
 peccata in statu innocentia, sed in statu peccati: prius
 in voluntate præcessit peccatum superbiae, quam
 acceptus fuerit intellectus) quanto magis & in emi-
 nentissimo gradu ipsi Beato, concedenda est in statu
 beatitudinis.

XXXIX.

*Universitas scientiarum, Matutina &
 Vespertina simul.*


Quod affirmat S. Augustinus de Angelis, commune
 est omnibus Beatis. Omnes vident creaturas duobus
 modis: & cognitione Vespertina in proprio genere, &
 cognitione Matutina in Deo, tanquam in causa: & ut
 notat S. Thomas, prima cognitio dicitur Vespertina,
 & non Nocturna, quia Beati cognoscentes creaturas,
 non in eis figuntur, seu persistunt, quod esset tenebrescere,
 sed eadem fieri; sed hoc ipsum refertur ad laudem Dei,
 & ad cognoscendum Creatorem. Id ipsum affirmat
 S. Augustinus: Non dicitur Nocturna, quia refertur
 illam ad Dei honorem & amorem. Ultra has duas co-
 gnitiones habent insuper Beati cognitionem Meridia-
 nam, veluti advertit & notat idem S. Thomas, quæ est
 cognitio Dei in seipso.

XL.

*Universitas scientiarum, in corpore
 glorioso.*

Corpus beatum haud poterit videre substantias
 spirituales, uti easdem conspicit anima: nihilominus
 quando sibi proportionato non deerit quædam ex-
 parte huiusmodi cogitatio. Unde videndo Christum
 Humanum videbit etiam Deum, at Deum in carne,
 sicut dicebat Job: *In carne mea videbo DEUM.*
 Et

Et cū anima videt Divinam Essentiam, eadem videbit quoque sensus internus; sed juxta capacitatem suam. *S. Anselm.* puta, modo corporali & imaginario. Præterea videt *et Elucid.* Angelos oculis corporalibus, quia in corporibus sumptis aëreis comparebunt.



PARADISUS

Theatrum Virtutum.

XLI.

*Theatrum virtutum exemplarium
in Deo.*

S. Dionys. **B**eatissimus videt in Deo: primò, quod Divina est omnis virtus in seipsa, & per essentiam. *Et non habens virtutem:* est virtus in se, & non virtutem superadditam. Secundò, est omnis virtus & propriè dicitur perfectio, veluti charitas: non tamen dicitur imperfectio, veluti temperantia. Tertio, quemadmodum ipsamet cognitio est omnis virtus in Deo; ita ipsamet volitio Divina est omnis virtus in Deo. Quarto, videt insuper Beatissimus ratione ultra creaturarum ideas datur quoque ad ideas virtutum, dictæ virtutes exemplares. *Respondeo* quia Divina voluntas in hoc genere prima, perfectissima, & excellentissima est: ergò cunctas in se comprehendere debet perfectiones ad voluntatem perfectissimas, veluti sunt virtutes: & quidem modo perfectissimè & eminentissimè, nempe, per essentiam.

XLII.

*Theatrum virtutum, cum summa eminentia
in Deo.*

Videt Beatus in Deo quatuor virtutes Cardinales
perfectissimas & eminentissimas. *Prudentia est ipsa S. Th. l. cit.*
Prima mens. Temperantia conformitas ad seipsum.
Veritas ipsa Dei immutabilitas. Iustitia observatio legis
terna in suis operationibus. Et in harum imitatione
constat, ait D. Augustinus, nostra consistit sanctitas: S. Aug. li. i.
quae ad hominem pertinet, ut ad Divina se trahat, de meribus
sanctum potest, uti etiam docuit Aristoteles: & si se- Eccl. 2. 6.
namur Deum, bene vivimus: si autem assequimur, non
nam bene; sed etiam bene vivimus.

XLIII.

*Theatrum virtutum heroicarum in
Beatis.*

Secundo loco, post virtutes exemplares Dei, recen-
tur heroicæ Beatorum virtutes, dictæ, *purgati animi, S. Th. l. cit.*
quæ sunt virtutes assequentium Divinam similitudinem
perstante Gloria. Ex quibus Prudentia sola Divina
imitatur: Temperantia terrenas cupiditates nescit:
incedendo passiones ignorat, & in edomandis passionibus
seipsum occupatur, imò tali modo eas habet sibi subjectas,
quas amplius non sentiat. Iustitia cum Divina mente
perpetuo sociatur, eam scilicet imitando. Et hæc
virtutes, inquit S. Thomas, sunt Beatorum, vel ali-
quorum in hac vitâ perfectissimorum.

XLIV.

*Theatrum virtutum possessorum in hac
vita.*

Omnes virtutes morales, sive sint infusæ, sive ac-
quisitæ

quisitæ remanent in alterâ vitâ. Unde Iustitia in voluntate Prudentia in intellectu, Temperantia & fortitudo in appetitu concupiscibili & irascibili remanent verum de hac ultimâ solâ id intelligitur, quando unita fuerit corpori glorioso. Et sicut refolentur idem appetitus sensitivus, ita eadem reproducentur virtutes in eodem appetitu. Suntque necessariz virtutes statui glorioso, ut connaturaliter & per se intrinsecum rationi subiciantur passiones cum tranquillitate & pace, & sine ulla repugantia & turbatione.

XLV.

Theatrum virtutum Theologicarum.

Nulla harum virtutum remanet aut conferretur alterâ vitâ, solam si excipias Charitatem; hæc naturâ suâ nullam dicit imperfectionem, vel non de non habitis; at charitas neutrum dicit esse. Unde in statu imperfecto præsentis vitæ est de non habitis, & de non habitis, amat res non visas & nondum factas: & in statu futuro & perfecto Gloriæ, est de de habitis, etenim amat Beatus id, quod videt & possidet. Quapropter Charitas remanet in Beato, non Fides & Spes.

XLVI.

Theatrum virtutum variis modis accipiendarum à Beatis.

Omnes ad præmium, aliqua cum præmio, alia ipsum præmium. Cunctæ remanent in Beato quæ sunt ad præmium Gloriæ, etiam Fides ipsa aliqua sunt ad præmium, quia sunt causa præmii, sed cum eodem præmio, quia ei non repugnant, virtutes Cardinales; aliæ denique non tantum sunt ad præmium & cum præmio, sed sunt ipsummet præmium, veluti Charitas. Unde colligitur Charitas

excellentiſſimam virtutem : quia ſimul cum viſione
eſt ipſa eſſentialis Beatitude Beati, quod aliis vir-
tutibus haud competit.

XLVII.

*Theatrum virtutum unitarum in
Beatis.*

Cunctæ Beati actiones, ſecundum S. Bonaven-
taram, ſimul ſunt fortes, & juſta & prudentes, &
temperata. Fortes, quia ſine timore : juſta, quia
ſine obliquitate : prudentes, quia ſine errore : &
temperata quia abſque concupiſcentiâ. Siquidem in
Beato non ſolum reperitur virtutum eſſentia; verum
etiam quodammodo perfectus ſtatus, ratione cujus,
ſicut Angelicum, aliam virtutum requiritur unio &
conſectio. S. Tho. 3. p. 1.
q. 63.

XLVIII.

*Theatrum virtutum cum donis Spiritus
ſancti.*

Quemadmodum in foeliciffimo illo ſtatu erunt vir-
tutes morales ad ſequendum dictamen rationis, & ſunt
ſicut lumen, quo docemur bene operari; ita quoque S. Th. q. 68.
a. 6.
ad idem aderunt dona Spiritus ſancti ad ſequendam mo-
tionem Spiritus ſancti, qua præcipua erit in Patria,
quando Deus erit omnia in omnibus. Præterea, actus
hæc, prout ſunt in Patria, omnem excludunt
imperfectionem, ſuntque longè perfectiores eminen-
tioresque actibus illis, qui exercentur in vitâ: ſiqui-
dem in hac vita brevi illorum ſatiatur haufu: S. Ambroſ.
at in futurâ vitâ inaudante flumine, tor-
tentemque nunquam defi-
cientem.



*Theatrum virtutum cum dono sancti
Timoris.*

Tametsi in beata illa vita, ubi non nisi viget Charitas & amor, non videatur esse admittendus aliquis Timor, nihilominus in Beatis vera datur virtus Timoris, & dicitur Timor filialis & reverentialis. Siquidem Timor non timet pœnam, sed culpam; & hic Timor causat aut confert eis afflictionem aliquam, non vitandam, sed vitandam, ut possibilibus naturæ, quæ in cœlo non mutatur, tamen non ut possibilibus factis, sed potè cujusvis culpæ incapaci. Quapropter non est sollicitudine infirmis atus; sed cum tranquillitate est, ne quicquam anxiosus hæret aut timidus propter infirmitatem naturæ; sed tranquillus & securus est propter possessionem perfectæ Charitatis.

S. Tho. 2. 2.
q. 19. a. 10.

L.

*Theatrum virtutum cum Timore ad
rationis.*

Alius adhuc inest Timor Beatis, vel ut melius dicitur, alius quidam ejusdem Timoris actus: quo admirantur infinitam Dei magnitudinem, & dum infinitam seipsum & Deum agnoscunt distantiam, humiliter timent, nec ei se æquiparare audent. Unde in cognitione recognoscunt se à Deo separatos, & distantiam quandam infinitam, non per defectum potentis, sed æqualitatis. De hoc Timore loquitur Job, quando dicebat: *Columna cæli contremiscunt, & pavent ad nutum ejus. Non pavore pœnalis, sed pavore admirationis.* Subjungit D. Angelus per columnas cæli intelligens Beatos, imò ipsos etiam Seraphinos.

Job 6. 6.
S. Thom.

LI.

Theatrum virtutum, in adoratione & cultu Dei.

Beati in cœlis in omnibus suis actionibus perfectissimos & gloriosissimos exercent virtutum actus; at regis in particulari in cultu, quem exhibent Deo: quemadmodum vidit S. Joannes in Apocalypsi. *Proci. Apoc. 6. 4.* adorabant, adorabant, mittebant coronas suas ante Thronum. Primum verbum profundissimam explicat reverentiam, quâ Sancti se humiliant, & quasi annihilant ante Deum: secundum significat actum aliquem attentis charitatis, quo amant & recognoscunt Deum, quoquâ primum principium & ultimum omnium rerum finem: tertium & ultimum repræsentat totalem Beatorum gratitudinem, eo ipso, quo Deo tanquam principio & causæ victoriarum suarum suas attribuunt & referunt coronas.

LII.

Theatrum virtutum perfectissimarum in intensione.

Ea est Beatorum in cœlis proprietas, utpotè statui virtutinis debita & connaturalis, ut perfectissime operentur virtutum actus. Quia, juxta Theologorum doctrinam, quandò habitus virtutis non impeditur, neque ab habitu vitioso contrario, neque passionibus, neque ab intrinsicis inimici tentationibus, semper operatur intense, & secundùm totam suam virtutem, videlicet, quantum potest: aded, ut si habitus virtutis habeat gradus intensiōis, totidem habebit actus. Eodem habitu virtuosus, quibus Sancti in cœlis præditi sunt, veluti ab omni contrario impedimento liberi operantur intense, secundum totalem, quam in seipsis habent, perfectionem.

LIII.

*Theatrum virtutum continuarum, & sui
intermissione.*

Ad perfectionem beatificarum virtutum spectat
semper sint in actuali perfectione, non in ad-
duntaxat, verum etiam in actu secundo. Cuius
actus virtutis consistat in operatione interna voluntatis
oportet, hæc in Beato constituta sit in statu perfectissimo
cum actuali usu & exercitio virtutis interne. Et
admodum Deus in simplicissimo voluntatis actu
nenter continet actuale cuiuslibet virtutis exercitium
ita eandem perfectionem Beatus in se imitari debet
distinctis actibus. Unde semper & in actu habet
amorem virtutum, Humilitatis, Obedientie, Re-
tatis, aliarumque virtutum, quæ in statu imperfecto
dicuntur imperfectionem.

LIV.

*Theatrum virtutum gloriosissimarum
origine.*

Henric. de
Gand.

Idem Auth.

Quia virtutes infusæ Beatis sunt sequela Glorificati-
onis, sicut status Gratiæ consummatæ in Sanctis est perfectio
statu Gratiæ, quâ condecoratur Justus in terra, ita
virtutes illæ hisce longè sunt perfectiores. Et ratio
quia Gratia habitualis animæ non solum consummatur
in cælo, sed etiam crescit, secundum aliquos, pro-
pria entitate & intensione. Et idem dicendum est
virtutibus, quia ei veluti potentie propria
proportionari & conformari debent. Ergo si
est Gratia, gloriosæ pariter erunt virtutes, &
tunc erit in gradu perfectiori, ac erit in
perfectiores quoque erunt
virtutes.

*Theatrum virtutum cum donis Spiritus
Sancti.*

Fructus Spiritus Sancti sunt actus virtutum, qui fiunt
mediantibus donis Spiritus Sancti. Sicut enim fru-
ctus materialis is est, qui procedit ab arbore, & habet *S. Thome*]
rationem ultimi & delectabilis; ita operatio virtuosa
procedit ab habitu virtutis, & est conveniens operanti
delectabilis, ultimusque finis habitus. Et hi fructus
excellentissimo modo reperiuntur in Beatis, licet non
omnes enumerentur ab Apostolo: qui sicut distinguuntur *S. Paul. ad*
tres ordines virtutum: naturalium, gratuitarum & *Gal. 5.*
gloriosarum, & hæ ultimæ sunt perfectiores secundis,
& secundæ perfectiores primis; ita fructus Gloriæ
multo excellentiores sunt fructibus virtutum moralium
& Gratiæ, Quapropter operationes ipsius Iusti in viâ,
quo prout procedunt à Spiritu Sancto in nobis dicantur
fructus, nihilominus in quantum ordinantur ad finem *S. Tho. 1. 2.*
viti æternæ, magis habent rationem floris: unde dicitur: *q. 76.*
Flores mei fructus honoris & honestatis: Sunt flores è
quibus pullulabunt fructus Gloriæ. Ac propterea dicit
Spiritus Sanctus in persona alicujus animæ in Gratiâ
constitutæ: *flores mei sunt flores honoris & gloriæ*
comptitæ in cælo.

*Theatrum virtutum cum perfectione
Beatitudinis.*

Quemadmodum fructus Spiritus Sancti non consi-
stunt in habitu, sed in actibus virtutum; ita quoque *S. Th. 1. cit.*
beatitudo: & tam illi, quàm ista actualiter est in Beato, *Matt. 5. 5.*
additque insuper beatitudo perfectionem & excellen-
tiam actus. Quocirca in Patriâ cuncti virtutum actus
sunt simul fructus & beatitudo: quia omnes habent ra-
tionem ultimi & delectabilis, uti & perfecti ac excellentis:
F 4 & super

& super omnia in Paradiso & fructus & beatitudinis
 actus Divinæ fruitionis, præmium essentiale boni.
 Propterea docet Albertus, perfectionem virtutum consistere
 in unione donorum, fructuum, & beatitudinis
 uti est in Beato.

Alb. Mag.

LVII.

*Theatrum virtutum, quæ Beatum reddit
 impeccabilem.*

Beatus est impeccabilis, non tantum quia potest
 peccare, veluti poterat Adamus in justitia originali
 huc constitutus; verum etiam quia non potest peccare
 unde excluditur & potentia & actus peccandi. Quod
 ob causam sicut Christus non poterat peccare propter
 gratiam unionis: ita Beatus non potest peccare propter
 gratiam consummatam Gloriæ. Neque hoc est defectus
 perfectioni libertatis: quia *impeccabilitas non est
 libertatem, sed defectum libertatis*, qui cum ea
 committi potest; potest enim ad hoc vel illud
 num, licet non ad malum. Præterea peccant homines
 quia volunt & appetunt, quod non habent, vel
 Divinæ conformant voluntati, & quoniam non
 sciunt Deum tanquam ultimum finem in operatione
 suis; at Beatus omnia habet in Deo, Deique
 voluntatem, veluti primam regulam, eamque
 tanquam ultimum finem, unde nec potest peccare.

S. Tho. 4.
 cont. Gent.
 c. 93.

LVIII.

*Theatrum virtutum, quæ quietum reddit
 Beatorum desiderium.*

Proprium hominis desiderium est, ut tota anima
 secundum rationem disponatur, quod est vivere secundum
 virtutem. Hoc desiderium perfecte expletur
 biturque in Beato, quia ratio erit in jure
 Divino lumine illustrata, ne à recto disjuncta

Contra
 Sent. c. 63.

quemadmodum desiderium sciendi in Beato exple-
tur in cognitione adaequata vero; ita quoque deside-
rium virtutis satiabitur in ratione confirmata in bono:
ratio mediante & suffragante virtute ac lumine Di-
vino immobilis & immutabilis erit in bono, quod ad
summam etiam perfectionem. Et hoc est, quod docet
S. Thomas, virtutes fore conservandas, quan-
tum ad ordinem rationis; at non quantum ad refre-
sationem passionum, quarum nullae inordinatae erunt
in caelis.

LIX.

*Theatrum virtutum purissimarum in
intentione.*

sicut fabrica columnis, columna autem basibus ful-
centur: ita vita nostra virtutibus, virtutes vero in-
intentione subsistunt. q. d. ad eundem modum in
edificio spirituali bona vita fundatur in virtutibus, &
in recta ac pura intentione. Hoc idem, & quidem
in eminentissimo gradu verificatur de sanctitate Beati:
constitit in unione omnium virtutum, cum puris-
sima quadam & Deifica intentione solius gloriae & com-
municentiae Dei.

LX.

*Theatrum virtutum, cum innocentia &
iustitia originali.*

Tres habebat effectus iustitia originalis in Adamo:
subjectionem rationis ad Deum, subjectionem sensus ad ra-
tionem, & subjectionem corporis ad animam. Et hi tres
effectus multo excellentiores reperiuntur in Beato,
quam in Adamo: quia pars superior unitur Deo per
caritatem consummatam & per lumen Gloriz: pars in-
ferior unitur superiori per virtutes in statu suo perfectis-
simas, & corpus unitur anime per dotem impassibilitatis.

F 5

Unde

Unde corpus Adami erat incorruptibile & impassibile
solum ab extrinseco, & ut loquitur S. Thomas, ex
parte cause efficientis, per respectum & ordinem ad cau-
sam suam, quæ est protectio Dei: corpus vero bonum
est immortale & impassibile ab intrinseco, hoc est per
forma illi inhaerentis, & totaliter à corruptione preser-
vati: per respectum ad formam suam intrinsecam, quæ
est dos impassibilitatis.



PARADISUS

Corpus gloriosum.

LXI.

Corpus gloriosum in sua dote.

Quemadmodum anima suis instructa est dote
quales sunt: visio, comprehensio, fructus; ita corpus
fortitur dotes suas, ut sunt: impassibilitas, equi-
subtilitas, claritas. Unde Tertullianus carnem
stram resuscitaram appellat carnem Angelicam
Caro nostra in cælo reformata erit & Angelica
propter similitudinem, quam habebit cum Spiritu
Angelis, non quidem quò ad substantiam (quo-
pus nostrum etiam resuscitatum erit materiale
porale & palpabile, veluti erat Corpus Christi
Resurrectionem suam) sed quò ad virtutem
propriam, quia instar Spiritus erat
impassibile, clarum, subtile
& agile.

*Tertull. li.
de resurr.
c. 26.*

LXII.

Corpus gloriosum in esse & operari.

Quia claritas & impassibilitas corpus reddunt perfectum in esse : agilitas & subtilitas in operatione. beatum corpus beatum non tantum debet esse perfectum in se ; verum etiam perfectum sit , oportet, instrumentum animæ in operando : adeo, ut in nullâ se ei repugnet, sed ad nutum ipsi pareat & obtemperet : ut docet S. Augustinus , anima unita corpori ita separata & expedita sit ad operandum, sicuti est à corpore separata.

S. August.

LXIII.

Corpus gloriosum in dote claritatis.

Seminatur in ignobilitate, & surget in gloria: nascitur corpus nostrum in hac vitâ , moriturque tanquam res admodum vilis & abjecta ; at resurget in resurrectione lucidum & resplendens. Et hæc claritas erit corpori Beati intrinseca, quæ penetrabit totam carnem, nervos & ossa, tamen sint opaca. Neque erit lucidum duntaxat ; sed etiam transparentem, diaphanum & simul coloratum ; veluti vitrum coloratum, quod in se simul habet colorem & transparentiam.

Apost. I.

Cor. 2. 15.

LXIV.

Corpus gloriosum in dote impassibilitatis.

Seminatur in corruptione, & surget in incorruptione: nascitur corpus nostrum corruptibile , & resurget incorruptibile & impassibile propter dotem impassibilitatis, quæ erit qualitas quædam intrinsecè in hærens corpore.

1. Cor. 15.

Cartho.

corpori ipsius Beati, cuius suffragio, tanquam remanens remanebit inalterabile ab extranea passione, & velut Sol pertransibit ignem & aquam absque ullo damno & nocumento. Quamvis, secundum S. Thomam, impassibilitas non proveniat à distincta aliquo potentate; sed à perfecto dominio, quod animi movebit in dispositiones suas, veluti Deus movet animas.

LXV.

Corpus gloriosum in agilitate motus.

1. Cor. 15.

Seminatur corpus in infirmitate, surgit in virtute.
Corpus nostrum aliàs debile & grave in motu, & in motum motum aprissimum ac velocissimum est per virtutem agilitatis, quæ est qualitas quædam motus supernaturalis, qualitati motivæ naturali superaddita, quemadmodum lumen Gloriæ superadditur naturali intellectus. Et per hanc virtutem anima movebit seipsam immediate, motu Angelico, non se corpori, non instar formæ tantum, verum causa instar motricis: deinde eodem impetu movebit corpus & alia corpora, quibus se conjungit, propter animam tali mediante virtute non agilis dicitur & velocissima efficitur, omnique se movere poterit, & progressivo & simultaneo, & (ut alij volunt) ab extremo ad extremum sine medio; verum certissima redditur ad movendam deferendamque, & nunquam cunque etiam altissimam turrim & montem: & secundum D. Anselmum, Beatus coram terram, quando ei placuerit, movere poterit.

S. Anselm.

LXVI.

Dos corporis gloriosi in subtilitate.

Seminatur corpus animale, surgit spirituale.
natura sua grave & densum: at virtute subtilitate

subtile & penetrabile cum aliis corporibus. Et ad hoc effectum solum passivum, ne, videlicet, resistat pressui & penetrationi alterius corporis, juxta D Anselmum, non est necessarium, ut dos subtilitatis sit quædam qualitas superaddita; sed sufficit, si præparatus ad concursus Dei, quo Deus simul ad penetrationem occurrat, quotiescunque id desiderat anima.

LXVII.

Corpus gloriosum in potentiis sensuum.

Gloria corporis communicabitur etiam sensibus. *s. Th. 2. 2. ad 4. q. 83. n. 4.* de causa, secundum Angelicum, omnes sensus erunt in actu; hoc enim modo sunt perfectiores, uti decet esse in statu perfectissimo Gloriarum. Præterea anima non solum est intellectiva, sed etiam sensitiva: ergo et in quantum intellectiva, est beata in fruitione Dei; et in quantum sensitiva, beata erit in delectatione objectorum simplicium proportionatorum: & sicut in sensibus puniuntur damnati; ita in iisdem præmio afficiuntur Beati.

LXVIII.

Corpus gloriosum in Visu.

Oculus corporeus Beati sua gaudebit beatitudine & claritate in visione omnium corporum beatorum in gloria: præsertim Humanitatis sanctissimæ Christi & sanctissimæ Virginis. Comparebunt ibi corpora gloria ipso sole lucidiora & splendidiora: unde incredibilem visui conferent oblectationem & felicitatem æternam perpetuam. Præterea videbunt reliqua omnia objecta, tam cælum materiale, quam elementa mundana & renovata, quæ in quacunque etiam distantia videri poterunt. Et hæc visio uno ex tribus hisce modis contingeret: aut per species ab ipsis objectis supra præ-

proprias vires naturales elevatis productas : autem
species à Deo in potentia causatas : autem in actu
visionem sine specie.

LXIX.

Corpus gloriosum in odorati.

Hic sensus suam consequetur felicitatem & con-
tundinem in suavitate odoris , quam profunderit
torum corpora & anhelitus , præcipue vero Corporis
Christi. Omnia corpora erunt veluti tot incensa
mis repleta aromatibus ad recreandum Beatorum
tatum. Neque solum corpora gloriosa, sed totum
cium cœleste spirabit odorem & fragrantiam suavitatis
ad Dei Sanctorumque honorem & gloriam.

LXX.

Corpus gloriosum in potentia gustus.

Hæc potentia habebit quoque felicitatem suam
s. Thom. proportionato & adæquato suo objecto saporis.
Henr. disp. gustu habebunt suavissimum semper cum voluptate
de ult. sine. rem omnem saporem continentem: quapropter, com-
miter docet Angelicus, non erit ibi gustus, ut est
alimenti, sed ut est iudicium saporis, seu fructus illius.

LXXI.

Corpus gloriosum in sensu tactu.

Nec deerunt objecta tangibilia tactui corporis
s. Th. 3. p. q. proportionata. Ac primò, quot sunt objecta
34. n. 3. lia & beatificantia sensum oculi , tot polleant
objecta tangibilia beatificantia tactum : tamen
propter defectum primarum qualitarum non sunt
bilia eo modo , quo hic in terris alia tanguntur corpora

præcipue tactus objectum suum principale & pri-
 mum obtinebit in Humanitate sanctissima Christi
 (palpare & videre) osculando sanctissimas plagas & *Luce. 24.*
 latera pedum, manuum & lateris. Quod si Sancti
 in certis tangendo & osculando sacratissimas plagas
 tantam ac inexplicabilem perceperunt suavitatem &
 gratiam, qualis erit illa, qua gaudebunt Beati in
 æternam ætatem tactu & osculo? Præterea *Beatus sentiet in Henr. disp.*
 complexu honesto, tangens alterius Beati qualitates. *Beati de fine ho-*
 moque ruent in suavissimos castissimosque amplexus *min.*
 virtuosos & erunt ut Angeli Dei, omnisque cogitatus con-
 tra puritatem planè incapaces.

LXXII.

Corpus gloriosum in potentia auditus.

Quemadmodum enim homo est compositus ex ani-
 ma & corpore; ita voce & spiritali & corporali Deum
 adorare debet. Objectum auditus nostri erit suavissima
 musica celestium chororum: *Sonum vocalium verbo- Henric. l. 6.*
 rum & musica percipiet auditus; & in specie Divinam
 harmoniam vocis Christi: quando, ut contemplatur
 Bonaventura, in illa celesti choreâ cantabit omnibus *Diat. Salu.*
 illam dulcissimam cantilenam: *Venite, benedicti litz. ult. 26.*
 regni mei, percipite Regnum paratum vobis ab origine
 mundi. *Benedicti per gratia adoptionem. Paratum per a-*
 doptionem prædestinationem. *Respondet totus chorus &*
Beata Sanctorum cantum Pauli: Regi sæculorum, im-
mortali & invisibili, soli Deo honor & gloria.

LXXIII.

*Corpus gloriosum in potentiis sensitivis
internis.*

Non solum sensus externi ipsius Beati ultimas suas at-
 tingat perfectiones constituenturq; in actu secundo; verum
 etiam sensus interni imaginationis & appetitus sensitivi.
 Neque

Neque solum oblectabunt se imaginando & componendo objecta sensibilia ab externis sensibus apprehensa, verum etiam in quantum apprehendent Deum sub tantis sensibilibus immensæ claritatis, infinitæ excellentiæ: verificabiturque illud Davidis dictum: *Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum: unquam iuxta capacitatem suam. Insuper appetitus sensus*

Mont. l. cit. ingentem habebit delectationem derivatam ex ratione conjuncta voluntatis.

LXXIV.

*Corpus gloriosum in aureolis Virginum
Martyrum, & Doctorum.*

Quia sicut tres dantur insignes victoriæ coronæ, hostes & inimicos nostros: Virginitas triumphat in carne: Martyrium de mundo, Doctoratus de diabolo: ita tria dantur præmia correspondentiæ mediante aliquo signo in anima & corpore relucente, quæ ob hoc notant victorias & triumphos. Hujusmodi præmia dicitur *Aureola*, quia est Gloria quædam minor, principalis, & veluti accessoria ad Gloriam principalem, quæ

S. Thomas. vocatur Aurea, seu Corona.

LXXV.

*Corpus gloriosum in exultatione composita
& moderata.*

Psal. 87.

Sicut latantium omnium habitatio est in te (latantium terra habet) sicut tripudiantes & choreæ ancantibus. In voluptatem magnam percipient saltatores cælestes: juxta opinionem S. Augustini in paradiso non tantum erit musica vocum, sed etiam chorearum. Sicut facientur numeri in corporibus gloriosis, nimirum, continentibus motuum. Quibus modestissimis ac regularissimis modis corporalem Deo exhibebunt cultum, ut non tantum corde: sed caro etiam exultent in Deum, & accipiant

*Retract.
lib. 1. c. 11.*

corporis internum demonstrent jubulum, quo fruuntur
 secundum animam.

LXXVI.

*Corpus gloriosum, in seipso sufficien-
 tissimum.*

Cum enim resurgat propter vitam spirituale, non animale, *S. Tho. 1. 2. q. 4. a. 7.*
 non indigebit externis hujus vite bonis ad illam ordinatis.
 Etiam obrem, quando sacra Scriptura bonorum horum
 mentionem facit, metaphoricè intelligitur: unde per
 vinum & potum intelligitur delectatio & gaudium bea-
 tudinis: per divitias sufficientia in Deo, quia Deus
 est Beatus est omnia: per regnum exaltatio usque ad
 gloriam cum Deo.

LXXVII.

*Corpus gloriosum, Gloria Corporis glorio-
 sissimi Christi.*

Quia sicut corporum nostrorum resurrectio dependet
 a resurrectione Corporis Christi; ita gloria corporis
 nostri est ordinata ad gloriam Corporis beatissimi Christi.
 Et propter S. Bonaventura contemplatur Christum *S. Bon. 1. 2. dist. 1.*
 Dominum nostrum, in quantum Hominem, tanquam
 Principem & Monarcham omnium Beatorum, *Et 2. an. Salut. vit. 19. c. 6.*
 etiam Ductorem celestis choree, quam faciunt Sancti semper
 coram Deo, omni jucunditate plenam: ubi in numero
 numerum est infinitas; in motu choree est aternitas; in
 vita felicitas.

LXXVIII.

*Corpus gloriosum pede calcat Solem,
 Lunam, & Stellas.*

Quanta erit corporis beati gloria, cum non supra
 terram

S. Thom.

Cajet. 3. p.

q. 57. a. 4.

Suarez.

Suarez. 3.

p. som. 2.

terram & elementa duntaxat, verum etiam supra omnes
globos cœlestes, Solem, Lunam & Stellas elevatum
conspicietur? Sancti Thomæ doctrina est: *Quod*
corpus est perfectius, tanto superius est secundum altitudinem.
veluti experientia docet in elementis: ergo Corp
Christi erit in loco eminentissimo inter omnia
ra, supra convexam ultimi cœli superficiem: Ita
tera corpora juxta perfectionem suam continentur
in loco magis minusve eminenti: tamen ali
distinctionem locorum in cœlo non esse determinatam
ex situ loci, sed ex dignitate personæ: unde quilibet
locus, quem occupabit Christus Dominus, erit
simus, & alij Sancti, quò magis appropinquabit Cœlo
eò pariter digniores erunt & sanctiores.

LXXIX.

Corpus gloriosum, in affectu purissimum.

Anima beata, secundum doctrinam S. Augustini
ita erit unita corpori, quomodo separata, in quantum
nullum à corpore recipiet nocumentum aut imperi-
mentum. Quapropter, sicuti separata, juxta Philo-
sophicam, erit veluti Angelus, incapax affectus de-
lectationis carnalis, ita quoque constituta erit cor-
pore unita. Præterea, propter delectationem, quam re-
cipiet appetitus sensitivus, in concurrente modo
ad contemplationem Dei, alterius oblectationis
capax erit, quia in se eminenter continebit quamvis
aliam delectationem & voluptatem. Ulterius, quia
tunc appetitus prorsus subordinatus erit rationi
veluti hæc Deo, nullum poterit efficere actum, qui
adversetur rationi: quâ de causâ purissimus sanctus
musque erit in cunctis suis affectibus: sine rebelli-
one, sine passione & affectu in-
ordinato.

Corpus gloriosum proportionatum loco.

locum & locatum conveniens debet intercedere *S. Tho. 3. p. 2. q. 1. a. 2. ad 2. c.*
 portio. Quare sicut Beatus est in participatione lucis, *S. Vince.*
 & eternitatis; ita cœlum empyreum, Beatorum *Dom. Ad-*
 maculum, in se lucidum est, immobile & incorruptum *vet. Ser. 4.*
 Et si corpus Beati est in statu Gloriæ; locus con-
 veniens, secundum Divinam Providentiam, erit quoque
 participatio Gloriæ. Unde anima duplici gaudebit gloriâ
 intellectuali & locati, & loci, & proprii corporis & habi-
 tionis suæ. Corpus Beati erit quoque proportiona-
 tum sanctis Angelis, qui, juxta D. Anselmum comparent *Sala. 1. 2. q. 2.*
 corporibus assumptis; ut inter nos & Angelos major *5. sect. 14.*
 participetur unio, societas, & gaudium, eorumq; fruamur *Corn. in la.*
 participatione, non solum mente, verum etiam sensibus; *sai. 6. 34.*
 & pluribus modis SS. Angeli Deo laudes dicere va-
 leant, non mente dumtaxat; sed etiam voce.



PARADISUS.

Civitas sancta DEI.

LXXXI.

*Civitas sancta Dei solidissima in
 fundamentis.*

*Fundamenta Civitatis omni lapide pretioso ornata.
 Quia in cœlis propter gaudiū visionis beatificæ veras
 continentur gemæ & petra pretiosæ; sed cœlestes, & sine
 macula pulchriores, splendidioreque terrestribus.*

G 2

Et

S. Ioan. c. 21 Et hisce fundamentis, quæ vidit S. Joannes, inscripserunt nomina duodecim Apostolorum: ut nobis significetur, Apostolos esse fundamenta & fundatores Ecclesie post primarium & principale fundamentum, quod est Christus. Quapropter Christus Dominus noster appellatur à D. Augustino *fundamentum*, sed dicitur *Rex Regum, & Dominus Dominantium* fundamentum fundamentorum.

LXXXII.

Civitas sancta Dei fortissima in muro.

Apo. 21. Et habebat murum magnum & altum, & murus lapide lapide. Totus murus, quo cingebatur, erat empyreum, Sanctorum habitaculum, erat ex gemma pretiosa, quæ dicitur Jaspis, & est gemma fortissima, viridis & diaphana. Quæ tres proprietates, scilicet, videlicet, viror & diaphaneitas significant firmitatem & stabilitatem beatæ illius Civitatis, amenitatem & habitacionis claritatem.

LXXXIII.

Civitas sancta Dei spectabilissima in portis.

loc. cit. Et duodecim porta duodecim margarita sunt, cherrimæ & maximæ, ac quælibet porta est una margarita omni carens divisione & compositione portuum. Et in ipsis duodecim nomina duodecim Apostolorum & Agni. Duodecim illis portis inscripserunt nomina duodecim Apostolorum, ut potè portuum secundariarum Ecclesie: & nomen Christi, veluti portæ principalis & primariæ.

LXXXIV.

Civitas sancta Dei ditissima in pavimento.

Et platen civitatis, aurum mundum, tanquam vitrum loc. cit.
 accidit. Et hoc aurum est verum aurum materiale; aurum coeleste longè nobilius ac pretiosius terrestri, ut supra dictum fuit de gemmis. Et significat civitatem, quâ Civitas Dei tota repleta est, & in ea fundata est & erga Deum, & erga seipsam perfectissima.

LXXXV.

Civitas sancta Dei pretiosissima in palatiis.

Haec vero civitas, aurum mundum, simile vitro loc. cit.
 dicitur. Tota civitas cum omnibus ædificiis ditissimis, in quibus habitant Beati, est ex auro puro, claro ac resplendente vitro simili. Aurum significat charitatem, puritatem, puritas auri puritatem animi, quia est sine macula, & splendor perspicuus, veluti reperitur in vitro, significat sapientiam: omnes namque replebuntur claritate Dei instar vitri, quod totum penetratur à claritate.

LXXXVI.

Civitas sancta Dei, lucidissima in claritate DEI.

Oscendit mihi Civitatem sanctam, habentem claritatem Dei, ait S. Joannes. Quam ob causam beata l. c. v. 11. patria non eget Sole, neque Lunâ, ut luceant in eâ, v. 23. claritas Dei illuminat eam, & lucerna ejus est

G 3

LXXXVII,

*Civitas sancta Dei, quadrata in
figura.*

Civitas in quadro posita est. Idque intelligitur ad superiorem partem cœli empyrei secundum superficiem externam & convexam. Quatuor huiusmodi latera in sensu spirituali significant fidem, spem, caritatem & operationem: vel quatuor virtutes, Caritatem, quæ sunt in cœlo, quasque in terra imitari debent.

Glos. Lyræ. Prudentia, nihil Deo proponendo: Fortitudo Deo inharendo: Temperantia non nisi de Deo gaudente Deo in omnibus subjectum esse.

Civitas sancta Dei, in quo non est templum; sed Deus ipsum est templum est.

Et templum non vidi in eâ, Dominus enim omnipotens templum illius est, & Agnus. Secundum glossam: quia sicuti cultus legis erat figuralis respectu nostri; ita noster cultus gratiæ, qui datur in terris, est figura cultus qui Deo tribuitur in cœlo. Quapropter in illa pace non erit templum materiale, in quo exhibeatur cultus; sed Deus, sicuti in seipso seipsum cognoscetur, amabitur, ac fruatur; debetur; ita quoque in seipso & per seipsum debetur secundum utramque naturam, Divinam scilicet & Humanam Christi & Agni.

LXXXIX.

Civitas sancta Dei, cuius porta nunquam claudentur.

Et porta eius non claudentur per diem. Rationem reddunt glossa: quia à tempore beatæ Passionis Christi, et quam portæ cæli reſeratae fuerunt, eadem portæ manent & manebunt semper aperta: siquidem animæ surgatæ absque ulla dilatione subito intrabunt paradysum. Ut propterea modò propter sanguinem Christi copiosissime pro nobis effusum nulla adsit excusatio: quia nullam adest obstaculum prohibens ingressum in paradysum; totus defectus est ex parte nostra.

XC.

Civitas sancta Dei, sine obscuritate noctis.

Nox enim non erit illic. Et probatur, quia porta eius V. 25, non claudentur per diem, veluti in hic terris clauduntur circa diei terminum, appropinquante nocte, cum eadem nulla diei succedat nox. Propter aliam rationem non erit ibi nox, nec tenebræ: quia tota Civitas sancta illuminabitur à sole Divinitatis, & à Luna Humanitatis Christi.

XCI.

Civitas sancta Dei, in quam non intrabit aliquid coinquinatum.

Non intrabit in eam aliquid coinquinatum: quia Visio V. 25, Dei non nisi mundis & puris corde promissa est: Beati Matth. quando corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Unde soli psal. immaculati, & qui ab omni macula liberi sunt, erunt & Aug. beati: Beati immaculati. Ex quo infert S. Augustinus: Non esse beatus? esto immaculatus, & ab omni peccati macula.

XCII.

Civitas sancta Dei, libera ab omni abominatione.

v. 27.

Non intrabit in eam aliquid abominationem faciens.
 Per abominationem, secundum glossam interlinearis intelligitur peccatum operis: sicut per rem commaculatam intelligitur peccatum cordis: quia ingrediatur cælum, & intus & foris, & in confectio opere prorsus mundus & purus sit, necesse est. Civitas paradisi purissima tales requirit & postulat quoque sanctissimos.

XCIII.

Civitas sancta Dei, exempta ab omni falsitate & mendacio.

v. 27.

Non intrabit in eam faciens mendacium. Et per hoc *Glos. interl.* mendacium intelligitur peccatum lingue. Ac proinde paradiso exulat quodcumque peccatum, & cogitatio & operis, & lingue: sicut & omnis reatus & obliquus ad poenam. Quod si igitur spe intrandi Jerusalem celestem lactari desideres, procura, ut cor non sit commaculatum, manus non faciat abominationem, & lingua non loquatur mendacium, manus operetur bene, & lingua non loquatur male, & de peccatis præteritis condignam quoque agas poenitentiam & satisfactionem in hac vita.

XCIV.

Civitas sancta Dei, cuius cives inscripti sunt in libro vite & Agni.

Apoc. v. 27 Qui scripti sunt in libro vite & Agni. Et intelligitur *S. Themas*, de scriptura secundum Dei predestinationem, & de his qui in libro vite & Agni

id est, qui inscripti sunt libro electorum per prædeterminationem, quæ mutari non potest; & non secundum gratiam, quæ amitti potest. Et hi sunt veri cives cæli libro prædeterminationis Dei inscripti, & non libro gratiæ, quo deleri possumus, juxta illud psalmi: *Delcansur libro viventium.* Et liber Divinæ prædeterminationis vocatur *liber vite Agni*, quia per merita Agni Christi unus prædestinari.

XCV.

Civitas sancta Dei, cuius civium lachrymas absterget Deus propriis manibus.

Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

Falices lachryms, exclamat S. Bernardus, quas benigna S. Bern. manu Conditoris absterget. Quapropter merito Christus Dominus eos vocat beatos, qui lugent in hac vita, quia consolabuntur, omnis quippe planctus cessabit & contrahetur in risum & cantum sempiternum.

XCVI.

Civitas sancta Dei, libera à tributo mortis.

Et mors ultra non erit in patria illa viventium, sed perpetua & æterna vita. Præcipitabit mortem in semetipsum, ita ut in æternum non sit amplius comparanda: quia fœlicissimæ illius urbis incolæ & cives & de sua immortalitate securi, & ab omni morte tum actuali tum possibili liberi evadent, quia mors absorpta est in victoriâ, & à Christo devicta in Resurrectione ejus. v. 4.
Isa. 25.
1. Cor.

G 5

XCVII,

XC VII.

*Civitas sancta Dei, nullam prorsus admittens
molestiam, dolorem, & penam.*

Non erit luctus, neque clamor, neque dolor erit in illa illa pacis & gaudij æterni civitate. Cujus rationem dicit Spiritus sanctus dicens: quia prima abierunt: puta namque vita, mortalis, passibilis, tot tantisque & imperfectionibus subjecta præterit, eique aliam quædam succedit vita, quæ est vera vita, immortalis & impassibilis, omni fœlicitate & voluptate referta: Adhuc omnia illa, quæ possunt causare tristitiam & afflictionem, & venerunt omnia bona pariter cum illâ, pura, candidissima & fœlicissima Sanctorum vita: quia accessit Deus fons honorum omnium.

XC VIII.

*Civitas sancta Dei, habitatio communis Dei
& hominum.*

Ece tabernaculum Dei cum hominibus; & ipse populus ejus, & ipse Deus eorum Deus. In eodem celo erunt habitabunt simul Deus, ut Deus populi sui, & homines ut populus electus Dei. Et omne bonum in forum hominum consistet in hac fœlicissima unione Dei cum hominibus, & hominum cum Deo. Homines autem agnoscent Dominum nisi Deum: & Deus alium non habebit finem nisi beatificandi & glorificandi homines communicabitque eis omnia bona debita; atque ad honorem & gloriam suam.

XC IX.

Civitas sancta Dei, civitas gloriosissima.

Psal. 86.

Gloriosa dicta sunt de te, Civitas Dei. Quis exprimeret poterit, quanta sit gloria tua, O civitas Dei, fabricata Deo, ut sis habitatio ipsius Dei, utque in te maneat gloria

gloriae ejus magnificentia, virtus ejus potentiae, & misericordiae ejus magnitudo? Inexplicabilis est, quia in ea continetur totum quod delectat, & varietas infinitorum colorum pro visu, & infinitorum saporum pro gustu, & infinitorum odorum pro olfactu: ibi erunt suavissimum vocum consonantiae pro auditu, & corpora lenissima pro tactu. O Civitas gloriosissima & spatiosissima unde ait S. Bonaventura, quemlibet Beatum in scelici *To. 2. Dist.* illo & coelesti Regno majorem latioremq; occupare *Salut. 212.* locum, qui ei assignatus est, quam distet Oriens ab *10. c. 5.* Occidente.

C.

Civitas sancta Dei, ultimus finis operum Dei.

Prima namque Dei intentio in creatione & regimine Mundi fuit praedestinatorum electio in superna & coelesti Jerusalem, ut nos aeternos gloriae suae decantatores institueret sub uno Monarcha & Principe universali Christo. Hic est finis Universi; ut stabiliamus adimpleamusque Regiam coeli aulam: haec est perfectio rationalis naturae, hic est scopus noster & Dei. Quapropter est *Civitas latantium*, civitas laetitiae & jubili: *Sicut latantium omnium habitatio est in te, In te Psal. 136.* habitaculum est, in quo nonnisi laeti beatique commorantur.



CIVIS